



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. III. Argumenta contendentia gratiam consistere posse cum peccato  
mortali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

VII.

*Landes, quibus nostram gratiam extollunt Patres, arguunt eam essentialiter expellere peccatum.*

Cum igitur ex una parte non repugnet, ut duae res, quae non sunt formaliter contradictoriae, sed solum virtualiter, sese invicem excludant essentialiter, ut constat in unione hypostatica cum peccato, volitione etiam & nohitione, assensu ac dissensu secundum communem sententiam, amore & odio, &c. Et Scriptura, Concilia, & Patres ita extollant nostram gratiam, verisimile est eam adeo perfectam sanctitatem esse, & tam nobili modo iustificare, ut stare omnino nequeat cum peccato, licet multi nostrae etiam sententiae Auctores existiment non repugnare gratiam huic in perfectione inferiori, quae solum pugnet cum peccato ex natura rei, sicque ulterius ut tribuat denominationem sanctificantis, seu iustificantis, petere absentiam peccati, sicut denominatio filii adoptivi a gratia habituali proveniens petit absentiam seu negationem unionis hypostaticae, & alia huiusmodi. Imò frequenter effectus formalis dependet ab aptitudine subiecti, vel entitativa, ut si visio poneretur in lapide non cum denominaret videntem, sicut nec personalitas Verbi cum natura irrationali constitueret personam, sed tantum suppositum. Interdum etiam pendet effectus formalis ab accidentalibus aptitudine, seu subiecti dispositionibus, quae de causa anima non denominat os sensitivum, aut discursivum, & similia.

*Potest dari gratiam nostram in servitium, quae cum peccato mortali pugnet tantum ex natura rei.*

IX.

*Probabilis est habitualem omnem gratiam pugnare essentialiter cum peccato mortali.*

Huiusmodi ergo gratia consistere posset cum peccato mortali, quod proinde per se formaliter non tolleretur, sed solum petendo extrinsecam Dei condonationem, quam tamen Deus posset negare. Existimo tamen & clarius & magis conformiter ad principia tum hic, tum alibi posita dici posse, omnem gratiam habitualem per se formaliter iustificare, & tollere peccatum.

SECTIO TERTIA.

Argumenta contententia gratiam consistere posse cum peccato mortali.

I.

*Dicitur etiam quando infunditur gratia, Deus condonat peccatum.*

OBIICTIES primò: de facto Deum condonare peccatum habituale, quando infunditur gratia; ergo duplex intercedit mutatio in iustificatione peccatoris, intrinseca una, nimirum gratia, altera extrinseca, voluntas scilicet divina, qua condonat peccatum. Confirmatur: in iustificatione etenim, praeter gratiam, quae est quid positivum, est etiam remissio, seu negatio peccati, haec autem est quid distinctum a gratia; ergo, &c.

II.

*Resp. Unicum tantum Dei voluntatem intervenit in remissione peccati habitualis.*

Ad argumentum Respondetur, unam tantum hic intercedere voluntatem divinam, illam scilicet qua vult infundere gratiam; gratia siquidem ex natura sua est absentia peccati habitualis, quod cum nihil positivum sit, ut dictum est, consequenter illius absentia non est vera & realis negatio: nihil enim physicum tollitur in remotione peccati habitualis, sicque nec accedit subiecto vera & realis negatio, sed solum moraliter & interpretative, quatenus nimirum datur subiecto denominatio, cum peccato illo impossibilis.

III.

*Aliud est absentia, aliud remissio peccati habitualis.*

Conceptus ergo absentiae peccati habitualis est essentialis nostrae gratiae, conceptus verò remissionis est illi accidentalis, & merè ei convenit contingenter, ex eo scilicet quod peccatum habituale immediate ante in subiecto praecesserit; sicut lux essentialiter est absentia tenebrarum, non tamen essentialiter earum expulso. Carentia itaque

R. P. Comptom Theol. Scholast. Tom. I.

peccati habitualis est primarius conceptus gratiae nostrae habitualis, sicque per se & immediate illud tollit formaliter, tanquam formalis illius condonatio. Et per haec patet etiam ad Confirmationem.

Objicies secundò: negatio peccati actualis est vera negatio, & a peccato & gratia distincta; ergo non sequitur gratiam nostram habitualem cum peccato, saltem actuali, componi non posse. Negatur tamen consequentia; gratia siquidem juxta Patres est lux, vita, iustitia, sanctitas, &c. haec autem denominationes stare nequeunt cum peccato actuali, magis quam cum habituali. Verum est quidem praeter voluntatem infundendi gratiam, intervenire aliam voluntatem, qua Deus vult suspendere concursum, haec autem voluntas non tollit peccatum actuale in genere causa formalis, sed efficientis, sicut voluntas subtrahendi concursum a frigore vel odio, inducto calore, vel amore. Conceptus tamen sancti, etiam in hoc casu, non dicit partialiter negationem peccati, sed adequatè consistit in gratia: unde si quis fingat adveniente gratia adhuc persistere peccatum actuale, esset homo ille justus & injustus, vivus & mortuus, & alia huiusmodi; sicut contingeret, si quis similiter fingeret peccatum actuale componi simul cum unione hypostatica.

IV.

*Alio modo per gratiam remittitur peccatum actuale, alio modo habituali.*

*Quid si unum cum gratia persisteret peccatum mortale.*

Objicies tertio: non est contra Concilium Tridentinum asserere iustificationem nostram sitam partialiter esse in condonatione Dei extrinseca: idem enim Concilium can. 11. damnat eos, qui iustificationem esse volunt tantum favorem Dei; ergo illam supponit partialiter in eo consistere. Respondetur negando consequentiam: loco enim citato solum damnat illum errorem Concilium, suam autem sententiam de iustificatione tradiderat supra cap. 7. Quod hinc clarius constat, nam eodem can. 11. damnat similiter Concilium eos, qui asserunt homines iustificari solà imputatione iustitiae Christi, & tamen non propterea dicunt opinor Auctores contrariae sententiae nos juxta Concilium iustificari partialiter per iustitiam Christi nobis extrinsecè imputatam.

V.

*Dicit: non negat Concilium Tridentinum in iustificatione intercedere condonationem extrinsecam.*

*Resp. Ostendendo hoc nullibi docere Concilium.*

Quarta & communis obiectio est, non posse assignari in quo oppositionis genere opponantur gratia & peccatum: primò quia peccatum habituale est solum quid morale, gratia autem ens physicum, ens autem physicum cum morali non potest pugnare physicè. Deinde haec oppositio non est relativa, privativa, aut contradictoria; ergo solummodo contraria, contraria autem simul stare, etiam naturaliter, possunt in gradibus remissis, & saltem supernaturaliter in intensis, ut constat in calore & frigore, humiditate, siccitate, &c.

VI.

*Dicit: Assignari non posse in quo genere causa gratia pugnet cum peccato mortali habituali.*

Respondetur, hoc ab omnibus fermè solvendum esse in unione hypostatica respectu peccati habitualis. Ad primum itaque dico gratiam non ulquequaque ita esse ens physicum, ut non sit etiam quid morale, reddens scilicet hominem bonum & sanctum, sicut actus physicus peccati cum reddit moraliter malum. Adde ens physicum essentialiter pugnare posse cum morali, ratione denominationum oppositarum, ut in his formis contingit, quae tamen repugnantia non est ratione incapacitatis physicae subiecti in essendo, sed formarum in denominando, ut in plurimis aliis contingit, voluntas siquidem physica rem alteri dandi pugnat in dominante cum possessione eiusdem rei, quae est quid morale. Ad secundum dico hanc oppositionem non esse formaliter contradictoriam, sed solum virtualiter, formaliter verò contrariam, sicut autem

VII.

*Declaratur quòd ratio gratia opponatur peccato habituali.*

Gratia & peccatum sunt formaliter contraria, virtualiter contraria.

juxta jam dicta, multas oppositiones contrariæ inter res purè positivas, ut inter amorem & odium, assensum & dissensum, volitionem & nolitionem sunt virtualiter contradictoriæ, ita & in præsentia. Tandem si sumatur peccatum habituale adæquatè, prout scilicet est actus præteritus non condonatus dici potest gratiam cum eo opponi contradictoriè, cum gratia sit ipsa condonatio, condonatio autem non condonationi opponitur contradictoriè.

namque sequeretur, nec unionem hypostaticam constituere amicum aut Filium naturalem. Respondetur itaque diversò & perfectiori modo constitui aliquem amicum & Filium adoptivum Dei, quàm hominis, sicque fit per formam supernaturalem, & intrinsicam, cum aliud tantum fiat per denominationem extrinsecam, voluntatem scilicet hominis alium adoptantis.

nis. potest tamen respectu Dei.

SECTIO QUARTA.

Aliæ objectiones pro coexistentia Gratiæ cum peccato mortali.

I. Gratia non expellit peccatum quòd demeritoriè.

**Q**UINTA communis etiam obiectio est, peccatum expellere gratiam demeritoriè, seu movendo voluntatem Dei, ut eam liberè auferat intuitu peccati; ergo non est inter ea physica & essentialis repugnantia. Respondetur peccatum non expellere gratiam purè & rigorosè demeritoriè, seu movendo Deum ad liberè illam destruendam, sed solum latè, quatenus scilicet reddit hominem indignum divinà gratià, vel tunc conferendam, vel unquam postea conferendam. Nec etiam urget, quod opponunt aliqui, gratiam scilicet non esse tam bonam ac peccatum est malum, & consequenter non posse illam hoc expellere: expellit enim ratione denominationum contradictoriarum, sicut dissensus & odium, etiam remissum pugnant essentialiter cum amore & assensu multò perfectioribus eosque expellunt: imò dissensus naturalis expellit assensum supernaturalem.

Expellit peccatum gratia ratione denominationum contradictoriarum.

II. Dicitur: Hinc sequi Deum amare necessariò eum qui habet gratiam.

Obijcies sextò cum Patre Coninck Disp. illà 22. de actibus supernaturalibus: si gratia ex se sit qualitas reddens filium & amicum Dei, non posse Deum non amare illum qui habet gratiam, cum tamen Deus liberè amare debeat creaturas, & præterea non posset illum hominem destruere. Contrà: qui enim dicunt Deum necessariò odisse peccatum, quidni & dicere possint, necessariò eum amare gratiam, non quidem ita, ut antecedenter necessitetur ad eam, vel ullam creaturam amandam quoad existentiam (quidquid sit de possibilitibus, respectu quarum multi censent amorem seu complacentiam Dei esse necessariam) seu ad eam prudendam, sed posito quod existat; quo tamen in casu singulari momenti potest eam destruere, cum gratiæ conservatio semper sit in aliquo posteriori ad conservationem subjecti, quæ est usquequaque libera. Alii deinde dicunt Deum nec amare justum necessariò, nec odio habere peccatorem, sed has denominationes solum constituere subjectum dignum amore vel odio.

Resp. Nihil in hoc esse incommodi, quòd scilicet Deus creaturam aliquam, posito quòd existat amet.

III. Quamvis non detur qualitas reddens hominè unum amicum aut Filium adoptivum alterius homi-

Obijciunt nonnulli septimò, non dari qualitatem quæ essentialiter constituat hominem filium adoptivum, aut amicum alterius hominis; ergo nec quæ constituat amicum Dei. Contrà primò: nec datur qualitas naturalis quæ naturaliter constituat hominem amicum alterius; ergo contra adversarios, nec dabitur qualitas, quæ constituat connaturaliter amicum Dei. Contrà secundò: hinc

Obijcies octavò: posito peccato mortali actuali non necessitatur Deus ad subtrahendum concursus à gratià: habet enim Deus vires sufficientes ad eam adhuc conservandam, cum Dei virtus sit infinita, ex parte verò cause materialis nulla est repugnantia, cum actus peccaminosus sæpè non sit malus intrinsicè sed accidentaliter.

IV. Dicitur: Deus non necessitatur ad subtrahendum concursus à gratià, posito peccato.

Respondetur tamen, omnino necessitari Deum in eo casu ad subtrahendum concursus à gratià, ratione denominationum, vel formaliter, vel saltem virtualiter contradictoriarum, ut sæpius dictum est. Ad id quod additur de actu peccati accidentaliter malo, respondetur, licet quidem si sumatur solus actus voluntatis, sit ei contingens malitia, si tamen sumatur cum deliberatione ex parte intellectus (quæ etiam est quid physicum, & sine qua actus ille voluntatis non constituit peccatum) est semper malus, sicque mutatio illa physica animæ adæquatè sumpta continet malitiam essentialiter, redditque animam gratiæ incapacem, sicut incapacem reddit unionis hypostaticæ juxta adversarios. Urgebis: etiam posita deliberatione non esse actum semper malum, nisi ponatur aliquid aliud merè extrinsecum, nempe præceptum. Respondetur, semper tunc esse diversitatem aliquam intrinsicam in animà: actus enim intellectus seu deliberatio advertere debet esse præceptum, hic autem actus physicè & intrinsicè differt ab alio, qui solum repræsentat objectum, nil cogitans de præcepto, & hoc modo ostendi potest oppositio etiam physica inter peccatum & gratiam.

V. Resp. Necessitari Deum ad subtrahendum concursus à gratià ratione denominationum virtualiter contradictoriarum.

Novà additè circumstantià mutatur sensus per actus intellectus.

Hinc infero cum Coninck d. 22. de actibus supernaturalibus, dubio 11. & Recentioribus communiter contra Lorcam 1. secundæ, sect. 6. d. 40. & 2. secundæ, d. 22. de Charitate, in appendice apologetica de hac ipsâ re scriptâ, non consistere de facto, pro unico etiam instanti, ut vult ipse, gratiam simul cum peccato mortali: in quâ opinione ut à Lorcâ defenditur ait Coninck citatus num. 148. multa involvi absurda, falsa, & directè contradictoria. Alii hanc sententiam temerariam & erroneam esse affirmant, utpote quæ in re gravi ob levissimum fundamentum statuitur contra omnes Theologos. Deinde juxta Tridentinum homo gratiâ imbutus, est de facto justus & sanctus, sive necessariò & essentialiter hoc det gratia, sive non: econtrâ homo instanti quo peccat, est peccator & injustus, evidens autem est non posse eundem hominem simul esse justum, & injustum; ergo, &c. Nec fundamentum Lorcæ est alicujus momenti, quod scilicet peccatum sit causa expulsiōis gratiæ: hoc enim ad summum arguit prioritatem naturæ, non temporis, ut constat in calore, frigore, & aliis hujusmodi, quæ passim in rebus physicis contingunt.

VI. Rejicitur opinio Lorcæ assertivè gratiam & peccatum mortale ad unum instanti simul consistere.

Sequeretur hominem simul esse justum & injustum, vivum & mortuum.